



**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 11 Generis 3. De morte Divitis & honorati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

tenebris: & gratiam, ut saltem vitare possimus  
peccata; Illumina oculos meos, ne unquam obdor-  
miam in morte. Ps. 12. RECOLL. REPETITIO.

## MEDITATIO XI.

G. III.

*De morte Divitie & Honorati.*

**C**ONG. Cogitare; *Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur?* &c. Matt. 16.  
**PRAEL. I.** Videre animam nostram quasi erga-  
stulo conclusam, & insuper cupiditate divitarum  
& honorum ligatam.

**PRAEL. II.** Petere lumen, ut cognoscamus  
quanta malitia sit ob fluxas divitias & honores  
deserere suum finem, & Deum suum offendere.

**PUNCTUM I.** Visus. Videamus hominem inter  
theslauros divitarum, & amicos, à quibus ho-  
norabatur, luctantem cum morte.

**INTEL.** Ratiocinemur, quod aspectus auri, ar-  
genti, &c. qui illum antè delectabat, non cruciet.  
**REFL.** Concludamus, quod nos maneat similis  
cruciatus, si nunc non simus indifferentes ad res  
illas.

**VOL.** Statuamus illas non aliter aspicere,  
quam tamquam media ad finem.

**PUNCTUM II.** Auditus. Audiamus illum hominem  
dicentem: *O mors, quam amara est memoria  
tua homini pacem habenti in substantiis suis!* Eccl.

41.

**INTEL.**

INTEL. Si sola memoria mortis vitum divitem & honoratum ad talia suspiria adigat, quid faciet mors imminens? REFL. Respiciamus nos ipsos, an non tacitè talia in nobis suspiria sentiamus.

VOL. Dicamus potius nunc de divitiis & honoribus: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Eccl. 1.

PUNCTUM III. Gustus. Gustemus quodammodo amaritudinem, quam sentit miser ille.

INTEL. Si enim memoria, ut vidimus, amara est, multo amerior erit mors, quâ cogitur omnia deserere. REFL. Præstat igitur, nos nunc ab illis rebus avellere.

VOL. Abominemur avaritiam, & superbiam, quæ tam amaros fructus proferunt.

PUNCTUM IV. ODORATUS. Percipiamus graveolentiam & fœtorem, quem moriens ille haurie ex suis divitiis, & honoribus.

INTEL. Nam divitiæ vestræ putrefactæ sunt, dicitur Jacob. 5. *& gloria ejus stercus & vermis.* 1. Mach. 2. REFL. Concludamus quâm stulte egremus, si ob rès tam viles salutem nostram, & obsequium Dei neglexerimus.

VOL. Doleamus de nostra illa cœcitate, & deinceps illam Christi vocem sequamur: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi arugo, & tinea demolitur.* Matth. 6.

PUNCTUM V. TACTUS. Sentiamus quodammodo, quâm gravis tunc sit tactus divitarum, &c. quæ violentè deseriri debent.

C

INTEL.

## MEDITATIONES

34

INTEL. Nam cùm in omnibus , quæ sunt sub Sole, sit labor, & afflictio Spiritus. Eccl. 1. tunc illa afflictio crescet, & labor anteactus majorem afferet sensum. REFL. Nos ipsi experiamur, quām gravem sensum excitet , si vel mente attingamus ea, quæ cum dolore amittimus.

VOL. Sequamur monitum Apost. Coloss. 2.  
*Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hu-  
jus mundi . . . Ne tetigeritis, neque gustaveritis,  
neque contrectaveritis quæ sunt omnia in interi-  
tum, &c.*

COLLOQ. Ad Christum crucifixum, interro-  
gando eum cur in Cruce tantam paupertatem ,  
& tantam ignominiam passus sit ? haud dubiè  
propter peccata nostra , quia per sensus nostros  
divitias , & honores prætulimus obsequio ejus.  
Effundamus nos in actus Contritionis, & petamus  
gratiam ad divitias, & honores non sectandum,  
nisi ad ejus laudem , reverentiam , & servitium.  
RECOLL.

## MEDITATIO XII.

G. I.

*De transgressoribus quarti, quinti, sexti,  
& septimi Præcepti.*

CONG. De eo, qui sibi malè conscius , de manda-  
tis acceptis Regi rationem dare debet.

PRÆL. I. Quomodo in monte Sina cum ter-  
rore

